



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 99. Mors Georgii Podiebracii Bohemiæ Regis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Paschatis die inter Missæ solemnia in Fer-Sæcul. XV.  
rariæ Ducem inauguratus est. Hanc A.C. 1471.  
ditionem tanquam Vicarius Sedis Apo-  
stolicæ hucusque possederat, nunc vero  
illam Paulus II. ad Ducatus prærogati-  
vam evexerat, eo fine, ut Borsium, quem  
Fridericus Imperator antea Mutinæ &  
Regii Ducem creaverat, in Ferrariensis  
quoque ditionis possessione pari præroga-  
tiva firmaret.

§. XCVIII.

*Borsii Ferrariensis Ducis obitus.*

Ceterum Borsio haud diu Ferrariensis  
Ducis dignitate frui licebat; quarto  
enim circiter post mense die vigesima Au-  
gusti rebus humanis ereptus est, & ingenti  
pompa, atque luxu sepultus in Cœnobio  
Carthusianorum, quod ipsus Ferrariae  
condiderat. Huic successit Hercules  
spurius ipsius frater; ipse enim, cum nulli  
unquam thoro sociatus esset, liberis  
carebat.

§. XCIX.

*Mors Georgii Podiebracii Bohemiæ  
Regis.*

Hoc eodem anno die vigesima secunda *Cochl. Hist.*  
Martii mortalitatem exuit Georgius *Hussit. l. 13.*  
Podiebracius Bohemiæ Rex. Hic cum *sub fin.*  
fe a summo Pontifice exauctoratum, & *Michov. l. 4.*  
*cap. 62.*

A a 3      a Mat-

Sacul. XV a Matthia Hungariæ Rege bello acriter  
A.C. 1471 pressum cerneret, ac insuper a potissima  
 suorum parte derelictus esset, saltem sibi  
 juxta arbitrium suum successorem eligere  
 statuit, quem & elegit, quamvis ferme  
 ipsi successu. Varia enim fuere hac de  
 ipius consilia; modo enim Poloniæ Re  
 gem nominare voluit, ut fidei datae satis  
 faceret, qua in eundem Successionis jura  
 ad Bohemiæ Regnum transferre promisit,  
 modo in Matthiam Hungariæ Regem  
 propendebat, spe fretus, se hoc pacto li  
 bertatem Victorino filio suo procuratu  
 rum: nunc cum summo Pontifice, a quo  
 exauktoratus, sacrisque interdictus erat,  
 in gratiam redeundi desiderium præsele  
 rebat; sed tandem huc illucque fluctuan  
 tem Podiebracii animum Mors anxiis  
 hisce curis exemit. Sepultus est Pragæ  
 in monumento Regum exigua admodum  
 pompa. Rochisana aliquanto ante Regis  
 sui obitum itidem e vivis excessit, qua  
 vero die ignoratur.

## §. C.

*Ladislaus Regis Poloniæ Filius  
 Podiebracii Successor.*

Bohemi Podiebracio satis functo com  
 tia agunt, eo fine, ut Wladislaus  
 seu Ladislaus primogenitum Regis Po  
 loni filium Regni successorem eligerent.  
 Erat